

vero." *Via breviter tenere*, quis sit verborum istorum *sensus?* Expende quid e converso sibi velint loquutiones illae, Dominum in *sacculo* iniquitates colligare, in fasciculum colligere et recondere: *stile ferreo* exarare in lapide adamantino. Nempe si vindictam repenam in signifiant (quod extra dubium est), neque etiam dubitandum est, quin contra*ris sententias omnem vindictae repensionem* Dominus se remittere affirmet. *Hic mihi obtestandi sunt lectores, non ut glossis meis auscultent: sed tantum ut verbo Dei locum aliquem esse sint.*

Quid, quæso, nobis praestitisset Christus, *signa* huc pro peccatis poena exigeretur? Nam quum digimus, cum pertulisse omnia peccata nostra in corpore suo super lignum: non aliud significamus, quam defunctum poena et vindicta, quæ peccatis nostris debebatur. Id ipsum significans declaravit *Iesaias*, quum dicit, *Castigationem* (sive *correctionem*) pacis nostræ, nisi poena peccatis debita, et a nobis persolvenda, ante quam Deo reconciliari possemus, nisi vices nostras ipse subiasset? Enclare vides, Christum peccatorum poenam sustinuisse, ut nos ab illis eximeret. Et quoties de *redemptione* per eum facta meminit *Paulus*, vocare solet *apolutrosin*, quo non simpliciter *redemptionem* indicat, qualiter vulgo intelligitur: sed *præsum* ipsum et satisfactionem *redemptionis*. Qua ratione et Christum ipsum se pro nobis *antilutron* dedisse scribit. . . .

Verum quando et ipsi Scripturæ testimoniis sese urmant, videamus qualia sint, quæ ipsi obtundunt argumenta. David (inquit) de adulterio et homicidio a Propheta Nathan objurgatus, veniam peccati accipit: et tamen morte filii, quem ex adulterio sustulerat, postea plectitur. Tales poenas, quæ post culpæ etiam remissionem diligendæ essent, satisfactionibus redimere deceuntur. Hortabatur enim Daniel Nebuchadnezer, ut eleemosynis peccata redimeret. Et Salomo scribit, propter aequitatem et pietatem remitti iniquitates: alibi etiam, caritate operiri multitudinem peccatorum. Quan sententiam confirmat et Petrus. Item apud Lucam, Dominis de muliere peccatrice ait, remissa esse illi peccata multa, quia dilexerit multum. Ut perverse semper et præpostere facta Dei aestimant! At si observassent (quod minime præterendum erat) duo esse divini judicij genera: longe aliam in hac Davidis correptione vidiissent poenæ formam, quam quæ ad ultionem tendere putanda sit. Quoniam autem nostra omnia non mediocriter refert intelligere, quorsum pertineant Dei castigationes, quibus in peccata nostra animadvertisit, et quantum ab exemplis differant, quibus impios et reprobos cum indignatione persequitur: summatim perstringere non abs te, arbitror, fuerit. Judicium unum, docendi causa, vocem *vindictæ*: alterum *castigationis*. Porro *judicio vindictæ* sic intelligendum est Deus inimicos suos ulcisci, ut iram adversus illos suam exerceat, confundat, dissipet, in nihilum redigat. Id ergo sit nobis proprie Dei vindicta, ubi punitione cum ejus indignatione conjuncta est. *Judicio castigationis* non ita saevit ut irascatur nec vindicat ut perdat vel fulminat ad interitum. Unde non est supplicium proprie aut vindicta, sed correctio et admonitio. Alterum *judicis* est, alterum patris. *Judex* enim quum facinorosum punit, in ipsum delictum animadvertisit, et ile facinore ipso poenam expedit. Pater quum filium severius corrigit, non hoc agit ut vindicet aut mulctet, sed magis ut doceat et cautiorem in posterum reddat.